Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

necessitatis referetis ad eum. Obsecro
uos ut solliciti sitis obseruare unitatem
spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et
unus spiritus sicut uocati estis in una
spe uocationis uestre. Unus deus et pa-
ter omnium. Cui soli in una simul
uenientes fraternitate placere cupitis
Ergo eius estote imitatores sicut filii ca-
rissimi et ambulate in dilectione sicut
et ipse dilexit nos Et tradidit semetipsum
pro nobis ut nos redimeret et faceret
nos sibi acceptabiles sectatores bono
opum. Vinciuqz verum det ipse gratiam
sibi mensuram donationis suae. Det
uobis deinde spiritum sui habundanter ut
habeatis cor adolendum eum Adaperiat
cor uestrum in lege sua. et in preceptis suis
ut cognoscatis eum et faciatis eius vo-
luntatem nec uos unquam deserat

Vaut filium Eusebi. Consurge con-
surge. induere fortitudine sup subdi-
tus esto domino. nec emuleris eum. ut
nequiter facias. Salus tua deus in sempi-
ternum erit et iustitia tua non deficiat
humilior sis omnibus. Lenia in celum oc-
culos tuos. Lex dei sit in corde tuo
Noli timere obprobrium hominum et blasphe-
mias eorum ne metuas. Si spabis in domino